

IN LIB. V. SEU RHETORICAM SACRAM EPISTOLA
 ΕΙΣΑΓΩΓΙΚΗ
 DE
 ELOQVENTIA SACROSANCTÆ SCRIPTURÆ
 IN GENERE,
 ET
 SIMUL NUNCUPATORIA

Ad
 Reverendum plurimum, Magnificum & Præclarissimum Virum,
 Dominum

D. JOHANNEM GERHARDUM,

Theologum incomparabilem, & de Ecclesia Christi universa bene meritissimum,
 Professore publicum in Salana Academia primarium & celeberrimum,

Dominum, Præceptorem & in Christo Patrem suum, toto animi affectu colendissimum.

Sapientia divina, in Scripturis sacrosanctis recondita, etsi plausibili illo & fucato eloquen- De elo-
 tiæ humanæ ornatu destituitur, nec *rapido levique* (uti per *rapiditatem levitatem* quentia
que, hoc dicendi genus Jerem. XXIII, 32. denotari, haud inscite JUNIUS & TREMELLIUS sacræ
 existimant) orationis cursu fertur, veræ tamen, gravis, genuinæ, adeoque divinæ, tanta Scriptu-
 que mysteriorum cœlestium majestatis dignæ eloquentiæ expers non est, sed amico neces- ræ testi-
 situdinis fœdere hanc sibi conjunctam possidet. Quod uti verissimum est, ita multorum, monia
 qui dulcedinem Svadæ illius cœlestis in cordibus suis degustarunt, testimoniis comprobatum Doctō-
 dari potest. Inter eos vero, quorum hac de re suffragia adducturus sum, primum merito, *Vir rum.*
Magnifice & Excellentissime, apud me obtines locum, qui tot annos in explananda inculcandaque
 aliis Svada isthac cœlesti, cujus gustum *πλου μέτρω* divina tibi benignitas concessit, tam viva voce,
 quam vividis scriptis, defudasti, inter quæ caput exferit aureus gemmeusque in harmoniam
 Evangelistarum quatuor, commentariorum thesaurus. Tuum igitur reliquis, basis velut cujus-
 dam loco, substruam testimonium, quod in exegesi tomi primi locorum Theologicorum extat,
 de Script. sacr. cap. 12. §. 306. 307. *Forma externa Scripturæ sacræ* (inquis) *est, tum idioma lin-* Ger-
guæ Hebrææ, quo vetus; & Græcæ, quo novum perscriptum est Instrumentum: tum sermonis ac hard.
styli, quo in Scriptura Spiritus S. utitur, proprietatis, imo singularitatis, simplicitatem & majesta-
tem, miraculo vere divino, conjunctam habens. Sermonis genus, quo Scriptura est exarata, est
simplex, nullam redolens humanam & fucatam eloquentiam, interim tamen est augustum, & ad
percellendos hominum animos maxime efficax, 1. Cor. II, 1. cum venissem ad vos, non veniebam καὶ
ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας, cum sublimitate sermonis vel sapientiæ, (puta humanæ) annuncians vobis
testimonium DEI (h. e. Evangelium) v. 4. Et sermo meus, & prædicatio mea non fuit ἐν κενδοῖς
ἀνθρώπων σοφίας λόγους, in persuasivis humanæ sapientiæ verbis (in flosculis & schematibus
 Rhetoricis) *sed in demonstratione Spiritus & potentia, (id est, in verbis spiritualibus, potenter*
 & efficaciter corda moventibus.) *Derogat sibi Apostolus eloquentiam humanam, non autem divi-*
 nam, ac perstringit eos, qui πρὸς χάριν λέγοντες ἀνθρώπων εἰσκειῶν in suis concionibus affectabant, ac
 verborum lenociniis & pbaleratis dictis plebem demulcebant, quique pro oratione sanctimonie &
 divina virtutis plena, comitam, calamistratam, papavere & sesamo sparsam, & ex mellitis verbo-
 rum globulis contextam afferebant, ut Seneca loquitur, doctrine nucleum interim negligentes.
 Vere mirandum ac singulare est, in stylo Scripturæ conjungi tum simplicitatem, tum majestatem,
 ex quibus simul junctis styli illius proprietatis ac singularitatis oritur & c. Atque, ut verbo dicam,
 talis est Scripturæ character, qualem in aliis libris humana industria elaboratis nemo deprehen-
 det. Nunc, quod intendebam, prosequor. AUGUSTINUS, in quem opulenti ille juxta ac be- Augu-
 nignus stinus.